

95.  
 & non deficiet. Verbum inquit meum non reuertetur uacuum. sed post  
 quam compleuerit omnia que uolui. Et mea in terris fecerit uolun  
 tatem. Tunc ad me ueniet & implebitur illud quod scriptum est. Dixit  
 dñs dñō meo sedē ad dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellum  
 pedum tuorum. Inletitia enim egrediemini de idolatrie sanguine  
 & deducemini in pace. ut auctoris ab apostolo. gratia uobis & pax.  
 & uis in gaudio deducemini. ut post uerbum legis discatis euange  
 lii ueritatē. Montes enim & colles quos angelos intellegere possum  
 & scōrum animas. quae pro uarietate uirtutum montes appellant.  
 & colles gaudebunt super penitentibus & mentis letitiam.  
 saltibus indicabunt. Quod & dñs loquitur in euangelio. Letabun  
 tur angeli in caelo. super uno peccatore paenitentia agente.

Omnia quoque ligna agri plaudent manu siue ramis. que  
 plantata sunt. secur decursur aquarum que fructum suum  
 dabunt in tempore suo. & folium eorum non defluet. de quib.  
 unum lignum loquabatur in psalmo. Ego autē sic oliua fructu  
 fera in domo dñi. Interrogemus eos quis simplicem tantum se  
 quuntur. hystoriam. et elixas carnes sanguine comedunt.  
 Citrum ligna plaudant ramis & concrepent manu. Et illud  
 quod de fluminibus dicitur. flumina plaudent manu  
 quo sensu accipiendum est. nec solum montes & colles exili  
 ent. atque cantabunt. Et omnia ligna agri cui bene dixit  
 dñs plaudent ramis & manibus concrepabunt. sed c̄to 1811.